



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

337. Feria 2. de minis mortis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

*¶.*  
m, qui  
idem  
areat,  
on eo-  
ati af-  
â glo.  
Quos  
terri-  
que ad  
andto-  
æ gra-  
a illud  
lit, non  
oran-  
autem  
ericor-  
æ à P.  
Lapsus  
& ne-  
de ho-  
natio-  
  
s, quis  
i, quia  
taboli;  
. Vin-  
li, qui  
rientes  
phibe-  
ret.  
  
Peria 2. Domin. 24. post Pentecost. 605  
tet. Cæterum in desolatione filiorum Dei, ita  
à Deo pendere oportet, ut si quid jussierit,  
quod secundum hominem injustum esse vi-  
deatur, justum credatur, & fiat, exemplo Jobi,  
Tobiæ, Christi: ita D. Cypr. de singul. Cler. &  
D. Suso lib. de Sap. ait: *Nulla est perfectior, re-  
signatio, quam in sui derelictione esse resignatio.*

### MEDITATIO CCC XXXVII.

Peria 2. Domin. 24. post Pentecost.

#### *De minis mortis.*

**A**udiām D. Augustinum Lib. 2. de Genes.  
cont. Manich. dicentem: *Nihil sic rever-  
sat homines à peccato, quem admodum imminen-  
tia mortis cogitatio. Petam bonam mortem.*

*Conf. 1.* Mois est genera peccati, naturali-  
ter inevitabilis, destrutio artificiosissimi  
corporis humani, corruptio mirabilis com-  
positi ex spiritu, & carne, amara separatio ab  
omnibus, quæ in hac vita astantur, dolo-  
rosa sensuum defectio, fætor in corpore, af-  
flictio in anima propter peccata, imminens  
judicium, incertitudinem salutis, quis igno-  
rat non tantum mortis tempus, modum, &  
locum, sed etiam statum suum, an in da-  
mnandi vel salvandi sorte sit. Statuam ijs  
non affici, à quibus debeo divelli. Non dif-  
ferre ad ultimum vitæ exercitia virtutum,  
ut earum actus facilius eliciam, præsertim

**C C , Spci,**

606 Feria 2. Dom. 24. post Pentecost.

Spei, ne imminens conturbet æternitas, &  
resignationis in manus Dei.

*Conf. 2.* Cùm intra septimanæ diem ali-  
quam certò sim moriturus: petam liberari  
à septem mortibus malis: Brutali, orando  
Psal. 64. Elata, Psalm. 130. Intricata, Psal. 14.  
Lutulenta, Psal. 68. Amara, Psal. 5. Furenti,  
Psal. 131. Desperata, Psal. 61. Non mori, sed  
male mori malum est, ait S. Chrysost. Hom. 36.  
in Matth. Ex adverso petam mihi obtingere  
è septem mortibus bonis aliquam. Lætam,  
Psalm. 121. Securam, Psalm. 10. & 24. & 30.  
Ferventem, Psalm. 41. 33. 96. Tranquillam,  
Psalm. 15. 17. 39. Equanimem, Psalm. 21.  
26. 43. Humilem, Psalm. 56. 76. 97. Pian,  
Psalm. 37. 122. 125.

*Conf. 3.* Ex mortibus indifferentibus, ut  
sunt: Improvisa, prævisa, brevis, longa, pla-  
cida, violenta, sicca, cruenta, pauper, opu-  
lenta, mitis, acerba, ignobilis, honorata, pe-  
tam eam, quæ Deo magis placet, postpo-  
nendo etiam ipsa Sacra menta providentia,  
ac Domini mei voluntati, & misericordia,  
sine qua æquè mihi certa incumbit damna-  
tio, quantumcumque provisâ morte Sacra-  
mentisque munitus moriar. Ita D.

Gertrud. lib. I. cap. II.

MADI-